

111 **C**apillis g̃ pedes dñi tergemus quando seīs eius quibus
 caritate cōpatimur. etiam ex his que nobis superflu
 unt miseremur. quatenus sic mens per cōpassionem
 doleat ut etiam larga manus affectum doloris osten
 dat. Rigat namq; lacrimis redemptoris pedes sed capillis
 suis non terget. qui ut cuiq; proximorum dolori cōpatit̃.
 sed tamen eis ex his que superfluunt non miseretur.
 Plorat & non terget. qui uerba quidem doloris tribuit. sed
 non ministrando que de sunt uim doloris minime abs
 cidit. **O**sculatur mulier pedes quos tergit.
 quod nos quoq; plene agimus. si studiose diligimus q̃s
 ex largitate continemus. ne grauis nobis sit necessitas
 primi. ne ipsa eius indigentia que sustentatur fiat one
 rosa. & cum manus necessaria tribuit. animus ad dilecti
 one torpescat. potest quoq; per pedes ipsum misterium
 incarnationis eius intelligi. quo diuinitas terram tetigit.
 quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est. &
 habitabit in nobis. Osculamur g̃ redemptoris pedes. cum
 misterium incarnationis eius extor̃ corde diligimus. **vi.**
Vngento pedes unguimus. cum ipsar̃ humanitatis eius po
 tentiam sacri eloqui bona opinione p̃dicamus. Sed hoc
 phariseus uidet. et inuidet. quia cum iudaicus populus
 gentilitatem dñi p̃dicare conspiciat. sua apud se malicia
 tabescit. Sed redemptor ñr facta ei mulieris quasi bo
 na gentilitatis enumerat. in quo malo iaceat agnoscat.
 Nam sic phariseus retunditur. ut per. cum sicut diximus